



59

Biblioteca de Madrid

Nº. 2459

HEMEROTECA MUNICIPAL

Número de registro:

Estante: A. H. 14

Tabla: 1

Número de volúmenes: 1

Encuadernación:

I. M.—2.032.

A. H. 13/2





A D . B E R N A R D I N V M
Caruaialem Episcopum Pacensem Ferdinandi
Regis Hispaniae Oratorem : in Panegyri Tri
umpho Granatensis Pauli Pompilii Praefatio.

q
Vaesitum saepe est & multū Bernardine
Caruaial qd & tu: ut coetera: nosti: Mili
taris ne gloria: an Togata maior esset: &
cū bellū: ut caedi confine uerbū: odio iactet: con
traq; pax uitae mortalium maxime consentanea
uideatur: haec quietis: illud negotii periculorūq;
plenū: Militiae uix patronus aliquando nedum
assertor inueniebatur. At mihi in primis: dū ex
actissimā Ferdinandi Hispaniae Regis milita
rem disciplinā considero: lōge alia sententia est.
Ingrati quidem essemus: si qd pacem parit: & par
tam custodit: & tanq̄ tutela conseruat: ei quā tu
lit: cedere sentiremus: si qd fortius est: imbecillio
ri subiici debere diceremus: si qd magis uarium
atq; difficilium: quietis & ocii nominibus non
praefereamus: praesertim cum ipsa mirabilis ua
rietate constet natura & uirtus semper in diffi
cillimis uersetur. Laudarunt plurimū Peripate
tici: quo naturam contemplarentur ocium: hinc
enim iucunditatem: quam in inquisitione sum
mi boni statuerant assequi se posse putauerunt.

a.ii.



At Plato meo quidem iudicio longe sapientior:
qui nō modo studia: quod blandientiū inertiae
suae saepe profugiū est: uerū & negocia pro pa-
tria: pro parentibus: pro amicis: nedum pro se su-
scipi debere: cum saepe alibi: tum maxime in sua
Re Publica testatur. Dicant hi quaeso: quaeenam
ciuitatis gubernatio: quae consilia: quae concio-
nes: disciplinae Ferdinandi: armatorū tot milliū
quieti: tot acerrimorū hostium de religione: de la-
ribus: de uita: de libertate certantiū uictoriis cō-
ferenda sunt: quae urbiū maior eius castris: q̄s
Sebatus eius concilio grauior: quae Res publi-
ca principibus Castellae: aliarūq; nationum di-
uersissimarū magis concors: id aut una regia uir-
tus praestet: & ea militaris: quā qui tenuerit: pro
fecto pacis optimū posse esse moderatorem atq;
arbitrū ne stulti quidem dubitauerint. Itaq; q̄ta
sit huius Impatoris gloria satis patere arbitror.
Quo fit ne homines mirari oporteat cur & nos
Heroicis nostris triumphāti assurrexerimus. im-
portunum quidem uisum est in tanta hominū
laetitia Romanae Musae silentiū. sed adeo festi-
nanter officium prosequutus sum ut habeam sa-
tisfacere de styli celeritate posteritati: apud quā:
quae sola carmini gratia nunc haeret ne pereat:
piclitamur. Tu uero Optime Praeful inter pri-

mos huic operi fauebis: siquidem te ex tui gene-
ris nobilitate pro eo q me adeo amauit quasi pi-
gnus retineo. Longior hic essem: si tua in illū ca-
ritas & mea pariter pietas paterentur: sed cū hac
pluribus etiam rationibus adductus sum: ut ex
tui nominis auctoritate fauorem meis studiis ca-
ptarem. Tanti quidem es apud inclytos princi-
pes: quorum hic uicem in hoc tam intimae am-
plaeq; Legationis munere sustines: tanti apud
Pontificem Maximū Innocentiū octauū: apud
Rhodoricum Borgiam Sanctae Ecclesiae Vice-
cancellarium: daeniq; apud omnem Sacrū Sena-
tum: ciues: incolas: pegrinos: ut de te omnes uno
ore bene & sentiant & loquantur. Nemo omniū
est qui te summo studio nō prosequat: nemo q
te ad maiora puehi nō pcupiat. certe exuscitari
sic posse gloriā existimant (nam memoria nunq
peritura est) Ioannis Caruaialis: qui olim tā ho-
neste Senatus ordinē gessit ut si laudes eius nūc
prosequi uellemus: alterum opus subtexeretur.
Conflarunt uero hęc hominū studia tibi: qđ so-
le clarius est: uirtutes tuae q̄ multae tam etiā so-
lidae. Mitto beneficentiā in cliētes: liberalitates
in amicos: facundiā copia & grauitate illustrem.
nō dicam de hilaritate: dignitate: deq; oris con-
spectusq; totius elegātia: an continentia loquar?

a.iii.

abstemius es & omnium uitiorum etiam eorum
quae iuuentam afflictere solent. an integritate?
fides tua: Taciturnitas & ueritas rarae nra tem-
pestate uirtutes: praesertim in aulicis: tam notae
sunt ut scripto dictoq; clarescere magis nequeat.
an moderationem? tu ea es constantia ut nunq̄
ne in minimā quidem animi elationem uel dili-
gentissimus animaduersor te incurrisse incidit-
seq; notare possit. Hoc loco (patere quaeso coram
ueritatem post eris profuturam praedicari) bre-
uiter sagacitatem ac diligentiam in negociis per-
sequar. nam cum nihil de Sanctimonialibus cu-
ris: officioq; Antistitis omittas: ut saepe uerbum
dei publice disseras: & id facis docte: affluenter:
& quae est ingenii tui dexteritas: acutissime: cū
clarus sis & philosophus & theologus: cunq; de
fidei causis Pontificis Maximi mandato iustissi-
me iudices: inter tanta negocia miraculo pene
omnibus es: qua sedulitate: rem Ferdinandi Re-
gis & Helisabet Reginae Hispaniarum cures:
quin ut cautius eam pertractes: sacris Imperiali-
busq; legibus plectis interdū iuriscōsulti partes
agis. Adde huc q; omnez historiā in primisq; Ge-
nealogias regum: regnorumq; calles: nullis cedis
laboribus: nullius hominis offensiones pro ueri-
tatis assertionem uitas: sine fastidio & tetricitate

omnibus tranquillus & comis: sed in tuos principes q̄ maxima accensus pietate. Daemum qđ Hieronimus Paulus Barcinonēsis iuris peritus & uir librati iudicii de te dicere solet: morib⁹ es & doctrina agendisq; rebus omni exceptiōe maior. asseuerat etiam is munere diuino ad felicitatem Hispaniae factum: ut ipse ad eius principū negocia hoc maxime tempore gerēda natus sis. Quibus omnibus ex rebus merito te iidem fouent sibiq; multis modis ornandum proposuerunt. Ego uero cū propiorem obseruantiae meae nexum in tantā Regis Reginaeq; optimae maiestatem iam pridem cuperem: nullam hactenus materiam interuenisse tam idoneam existimo q̄ praesentis Triumphī concelebrationem. Itaq; suscipe deuotissimi munus & pro tua benignitate: proq; ea qua eruditionis cumulo polles humanitate: cum castigaueris atq; emendaueris: si tantū uacat: & si uidebitur etiam in Hispaniam destinabis. Bene Vale. Pontifex Optime.

PAVLVS . POMPILIVS . AD
LECTOREM .

Quisquis amas titulos Fernādi Regis: & almae
Coniugis Helisabae nomina nosse: legas.
Sarrhacenorū terror: cladēsq; Tyrannis:
Haereticisq; lues: Exitiunq; malis.
Fomentum fidei: procerum Tutela piorum:
Augmentum sacris: Praesidiunq; bonis.
Dic mihi: si faciunt felicia saecula reges:
An sunt: quae nostris nobiliora putes?

AD . OPTIMOS . HISPANIARVM
Principes Ferdinandum & Helisabet: Victorio
fissimos coniuges: Pauli Pompilii Panegyris. de
Triumpho Granatensi.

n Vnc age Musa tubā maioris suscipe cātus:
Heroes nunc praecipue : grauitate retenta
Exordire modos: generis Fernandus Iberi
Cantetur princeps: pariterq; infracta uirago
Helisabe coniunx: quorum uictoria totam
Liberat Hesperiam: tam fortiter hoste subacto
Tam ueteri: & solito sacris illudere nostris.
Quidnam? bis captae repetemus funera Troiaē?
An magis errores? quos Penelopaëus Vlysses
Prtulit: an quantos tellus Dircaea furores?
Vel potius magnis benefacta Quiritib? olim
Duceret auratos cū Martia Roma triūphos.
Hic hic est sistendus equus: nil Pegasus ultra
Tendat: sit sola Hesperia contentus: & illinc
Deflexus ceruice bibat Iordanidos undae
Flumina: Castalio cui parta est gratia fonte
Vel maior: quanto stat maior Apolline uano:
Descendit lato qui nos empturus Olympo.
At nunc unde tibi sumes primordia laudum?
Dicere si tentes ea singula: promptius Ossae
Pelion imponas: faciasq; simillima rebus

Herculis:& citius tauꝝ cum Tygride iungas.
Tam latum campi spatiũ:tamq; altus aceruus
Sese offert uirtutum:ut quantuncũq; notetur:
Quod restabit erit deducto tramite maius.
Factoris rerum statuit prudentia summi:
Tempora conspicuis ornari nostra duobus
Coniugibus:q; se colerent cuperentq; uicissim.
Hic est primus honor: nusq; concordia maior:
Iulia Pompeium dilexit:Porcia Brutum:
Fouit Horestillam parili seruore maritus:
Exemplis ueterũ par hoc est daeniq; princeps.
Id mores faciunt aequi:facit una uoluntas:
Atq; proba: & compar uirtutũ summa duorũ.
Iuncta uiro saepe est spectata Semiramis:armis
Cũcta: fuit pugnax Pharia Cleopatra carina:
Vtraq; foeda tamen:uerum comes ista mariti:
Hypsirate multo Mithridatis cõiuge maior:
In mediis etiam fert Icariotidos armis
Smyrneae laudes celebratas ore Thaliae.
Urgebat castris Malacham Mauortius heros:
Aut praemunitae pugnacia moenia Rhondæ:
Ductabatq; acies:partitus munera belli:
Aut meditabatur:quo possẽt uincere pacto:
Quo ue modo pugnae medio decernere cãpo
Hostes exciret:uel syluis arma locabat:
Insidiis positis Libycos ut perderet astus.

Interea armatis annonam sufficit uxor:
Aut delecta uiro tironum corpora mittit:
Aut lites dirimit populorum: pacis & omnes
Exquirat causas: uel castris iuncta mariti:
Ipsa aegros: & uulneribus medicamina curat.
Quis mihi Poenios poterit numerare magros?
Hippocratūq; gregē sancti q; Aromata lux?
Quis de Gargani radices uertice sumptas?
Et per Hydumaeos fruticātia Balsama colles?
Quid referā Panacem: qd Dictamūq; rhosanq;
Vsq; Paraetonii decerptam rupe Canopi?
Et Subsolanis succos regionibus altos?
Atq; ex Aethiopum canas ardoribus herbas?
Aut altum Boreae collecta uenena sub axem:
Caspi intra æquoris: & Ponti mōtana uirētis.
Mille horū species Reginā in castra sequuntur:
Tanta animo sitis est celestis condita regni:
Sic aequant operas inter se: dignus uterq;
Terrarū Imperio: Oceanus quas circuit oīs.
Tales (si fas est regnum conferre potentes
Siderib⁹) Titan & Phoebe cuncta: dehorsum
Quae sita sunt uegetāt: & certa lege gubernāt:
Quaeq; suae iuxta naturae iura: modunq;
Sic reduci nouitate placent uariata per ortus
Occasusq; suos picto latitantia mundo.
¶ Qui non legitime certat: nec praemia dignus

Ferre: nec ad metam nisi uenerit usq; laboris:
 Nam qui incepta suo nō pergit ducere tractu:
 Sed medio languens stadio se deserit: omne
 Corrupit decus. & melius non incipit ille
 Currere: qui miseris e casibus ilia ducens
 In turpem de se uertit spectacula risum.
 Quocirca tu Musa tubae inspira: altaq; pulsa
 Sidera uoce tua: dic nō caepta irrita nostro
 Villa fuisse unq; Fernando: sanctaq; semper
 Proq; fide: & patriae pro Relligione merētis.
 At quo lucidius pateant praconia nostra:
 Altius ordiri libet. Ex hoc tempore cursus
 Sol septingentos nitens exaegit: & ultra:
 Impia quo uani Maomethis Vipera gentes:
 Pro scelus ifandū: Maomethicus error Iberas
 Inuasit: coluber siccis emissus ab Aphris:
 Aphris Hesperios solitis offendere semper.
 Nunq; depelli potuerunt: optima foedis
 Portio parebat dominis: sic forcipe adunca
 Caeditur argentum: aut argento carius aurū.
 Aequoreus mordere lupo sic fertur: ut inde
 Laxato nunq; quod caeperit ore remittat.
 Parrhasiaeq; ferae: si quem post uulnera naetae:
 Ante albi dentes: cum faucibus ante sequunt
 Mandibulae: inuitiq; pedes: q̄ praensa relaxēt.
 Sic Maomethiadae Baetin uinxere catenis:

Atq; arctis tenuere diu sine uindice nodis
Donec Fernandus: dubium uita ne probādus:
Ingenii ue bonis : magis an microne corusco:
Marte peregrinam terfit de corpore labem
Totius regni: quacunq; Atlanticus ambit:
Atq; Calidonijs sinuato gurgite fluctus:
Nraq; post Calpen Thetis alluit aequor uasto.
Quis referat pestē ingentē: numerunq; malorū:
Quae pridē nostros tā diro ex hoste p̄p̄inquo
Vexant. Libas: atq; Arabas: Nubasq; : Macasq;
Ditabāt facti pretium praedonis Iberi.
Millia multa hoīm sancti lita Chrismate fōtis
Abiurare deum sunt per tormenta coacti.
Hiq; Metalliferae rimantur uiscera terrae:
Illi uinclorum focii tinnitibus: agros
Gaetulo fodiunt domino: crustas ue nigrantes
Conuellunt: unco Nasamonum tesqua ligone.
Hos alios sua Serra domat: Cedroq; nitenti
Culmina detonso tollunt Maurusia Atlante.
Quodq; est deterius: moliri saepe iubetur
Fidus Iesuades foedo delubra Rhasullae.
O facinus nostri pueri: innupta eq; puellae:
Furtim sublata Numida mangone gregatim
Cinypheas nuper miseranda sorte Catastas
Implebant: emeret quos Tunetanus amator
Ad turpem fidei nostrae ludibria quaestum.

fernandus.

quanta e p̄ his m̄

Rhasulla.

Tunetanus.

His Europaei saturabant mercibus Aphros.
Adde: q̄ agricolas quondam pax nulla sinebat
Exercere solum: quacunq; extuberat omnis
Granatensis ager: praedari saepius hostem
Carthago quæta est insigni cōmoda portu:
Et Murgi ueteres: & amoeni Lorca recessus:
Scipiadae q; rogus: liquidi quos Taderis arua
Irriguis pascunt: & Setia culta latino.
Quorū agros Arabes uastabāt saeuiter armis:
Effusi refugo nemorosis agmine Bastis.
Nec minus immodicis fleuit Securā querelis
Tam male se tutam: sed & Antiquaria prius
Moenibus egregia: & Salso uicina Geenna:
Atq; Metalliuomis imperuia Castulo fossis.
Pro Rastris Conto: pro Marra: proq; Ligone
Et gladio & clypeo iamdudum assueuerat uti
Contra raptores: quisquis confinia seruat:
Versus aquas calidas: piguisq; noualia Loxæ.
Vix tauros & equos: uix turpis ouilia Mandrae
Nouerat: excubiis intenta Tariffa: uetustam
Quam olim Tartessum uates dixisse putant.
Haltygis ipsa etiā: & Phoenicū gloria Gades:
Mille ex tam infida sensere incōmoda gente
Militia: & uarie: nullo non tempore pressae
Nunc turmas: nūc conductas nutrire cohortes
Nūc dā sorte stipē: dā nūc uectigal habebāt:

Furib⁹ ut Maurae possent obsistere Rhondae.

Rhondae

At Rex horrifonis hilaris Fernandus in armis

Talia non ultra passus: sed reppulit omne

Tam male neglectum praemissi dedecus aui.

Omne iugo regnū iam nō tolerabile nostrae

Subiecit fidei: simul & terrore superbam

Cōcussit Libyen. Tremere est sibi uisa repēte

Gaza uetus nomen: tumuloq; infessilis Hora:

Hora a temperie coeli sic nomine dicta:

*Gaza
hora*

Phocaeicis Libycum delatis forte per aequor.

Hoc est esse hoīm rectorem: & gentibus unum

Velle colit: domitare odia: & compellere stultā

Barbariem coelum reueteri: nec dare foedae

Se penitus Veneri: prorsusq; per ocia uentrem

Intendi: atq; libidinibus siccare cruorem:

Quorum plus debet propriis absistere rebus.

Mittitur Alcides: ut Graiae fabula Musae

Dictabat pridem: mox Ausonis incinit Ora.

Nūc quo foecundā flāmis extingueret Hydrā

Nunc ut freudentem iaculantis more Leonez

Tela Iouis Nemea deduceret: aut Erimantho

Aprū: uel Thynna uolucres Stymphalidas au

Scilicet: ut Reges populorū cōmoda curēt: cla:

Bella gerāt: sed quae mox sint obuia mōstris:

Sanctaq; Relligio cunctis eat inclyta terris:

Quae bene Rex noster quauis actate pacgit:

Incinit

130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000

Sed nūc praecipue: ex quo Mauꝝ eiācit: & oīs
Hesperiae populos tam turpi labe piauit.
Hoc fuit Augeae Cryptis graue olētibus undas
Fluminis infēre: & medicos imittere fluctus:
Orbe suo non foeda pati delubra deorum:
Et Maometheos Epicuri dogmata ritus:
Legifragosq; oēs. Nam gens infanda: tenebat
Quae sparsim occiduū totis q̄si partib⁹ Orbē:
Extincta est: facta uno eodēq; auctore ruina:
Sacra Palaestinae repetens errantia legis:
Et mentem infectam Iudaeo felle resumens
Se Saluatoris cultricem nomine tantum:
Viuentisq; dei simulabat templa tueri.
O genus immortalī odio dignū: Vltima uentū
Ad scelera: hi sibi numen hñt qđ ludere possint
Prae oculis uulgi: sed dissimulanter adorent
In tenebris: uisū est an quicq; his stultius unq;
Latopolitano pietas dignissima ciue.
Hi sunt Geryones: mentem pro corpore terno
Qui duplicē gestāt: hi Thracū mōstra feroces
Sunt Diomedis equi: quos nō reuerentia coeli
Vlla mouet: quin humano se sanguine pascāt.
Hi Cres sunt taurus: q; flāmas naribus efflāt:
Hoc est: qui cultus diuini protinus ignem
Ostentent coram: feritas cum bruta sit intus.
Hi sunt Vūlcano geniti: quos claudus utrinq;

Pes legis ducit: fumosq; ex ore remittunt:
Et nebulas: stolidi Synagogica Mystica sesus.
Salue ergo Alcides alter: Rex magne: salubris
Cui comes est populis semp Victoria nostris.
Mille manus: totidenq; pedes: & lumina mille:
Et scapulas totidez uirtus habet: attamen uno
Vertice se tollit gradiens: ad quem oia mēbra
Munere quaeq; suo flexu referuntur amico.
Nanq; simul semper quicquid nituntur: obire
In numerum uideas: tanta obseruatio: tantus
Consensus: tanta est hic omnis regula partis
Cum reliquo: seu mēs haec coelica: siue tonātis
Ingenium rutilans: castis mortalibus arces
Supremas coeli pretioso illustrat amore.
Sed paucis ualde nimium tam nobile cedit
Complecti donum: uix cernitur unus & alter:
Cui caput ardescat tali Diademate felix.
Verum hoc in primis radiant & fortis uterq;
Et cloemens coniunx atq; Orbis rector Iberi.
Munera iustitiae manus explicat: altaq; certo
Semper ad officiū properat constantia gressu:
Statq; alti moles animi: nō lumina quicq;
Ex opportunis fallit uigilantia rebus:
Omnibus & uitiiis obuertunt terga: nec ulli
Se corruptelae quocunq; est agmine miscent:
Et peragunt pariterq; fouent cōcorditer artes.

Synagogica

uirtus

b.i.

Praenitet insignis reliquas moderatio magni
Virtutes animi: quae: quo manifestior astit
Quales sint aliae: exemplo cognoscere oportet.
Est regio Oceani qua sese litora fundunt
Vasconas a Celtis gemino dirimentia cornu:
Hanc ut fama refert & ueri incerta uetustas:
Olim de Cylicum Piratis: deq; nouantis
Bella per Ennaeos Pompeii ciuica Sexti
Victores. ductis dispertinere colonis.
Inde a principibus Graia quos uoce Quirites
Nautae appellat Nauarchos: hanc quoq; gentē
Ut sobolem Nauarrhigenas uicinia dixit.
Haec olim: sed iam dudū Nauarrhia Regnū est
Et diues populis: opulentum: & nobile cultu.
Quod: quia finitima Cantabri litoris ora
Occlusum est: potuit bene sese adiūgeri sceptro
Fernandi: proceres illum cū saepe uocassent:
A consanguinei praesertim funere Phoebi
Regis: Aragoniam referentis imagine matres.
Fernandus tamen abstinuit: iussitq; uocātes:
Iustitiae parere suae: tum protinus omnem
Ardorem clari contra Maomethica belli
Agmina conuertit: Sarrhacenosq; latrones.
Est quoq; maioris documentum nobile mentis
Auspiciū caepti Castellae diuitis: atq;
Tolleti magnae dominatus: nanq; per omnes

moderatio

*Vasconas
Celtae*

*Nauarchi
Nauarchos
Nauarrhia*

Cantabri

Aragonia

Sarrhaceni

*Castella
Tolleti*

Tam lati Imperii partes furor impius arma
Tractabat: caedē passim urbanosq; tumultus
Aspiceres & furta: ferox Sicarius omni
Tempe: miscebatq; manus sine iudice praedo.
Ac ueluti Aegaeum patitur cum sidus iniquum
Insanos uersat cōmota per aequora fluctus
Caur^o atrox: uelutq; Notus: Libs atq; pteruus
In caelum cumulos tollunt maris: altaq; lōge
Litora cum scopulis resonant: atq; intonat aer:
Tum si quod numen uouentum uoce petitum
Coelitus emissum descenderit: omne p aequor
Confestim exoriet^r cupidis pax: aethera mulcet
Tranqlli Zephyrus princeps: auctorq; sereni.
Sic Rex cum primū dominas suscepit habenas
Omnia ne fierent ultra cutauit: & omnem:
Quaecūq; aegra fuit: partē ad meliora coægit.
Ut possis quocunq; loco: quocūq; recessu:
Seu sit iter: siue est urbs: uel montana perres:
Oppida: thesauros palma gestare patente.
Siquid & exciderit rheda currente: per annos
Seruari inuenias: tutum intactunq; reponas:
Nullaq; seditio crassatur: factio nulla:
Sed placidam retinent ubicūq; negocia pacē.
Nec castris minus est custodia tuta quietis:
Nanq; hominū supra bis Cētum millia uallo
Sæpe uno iclusit pugnātū: atq; arma ferentū:

b.ii.

Et de diuersis uenientum partibus orbis.
Nemo tamen quicq̄ cōmittit: nullaq; toto
Circuitu fit rixa anni: non furta: neq; ullo
Vana modo: regerunt uno conuicia uerbo.
Principis hoc mores faciunt: placabilis ille est:
Et mitis: lenisq; & sic gens cuncta sub illo
Belligera: ingenium domuit: solosq; reposcunt
Accenso circum præcordia sanguine Mauros.

¶ Nam tales populis artes: semperq; profectus
Sūt hoīm: quales animi sunt scepra tenentū.

Asper erat nimium quondā Callaccus: & acris
Cantaber: effossoq; Astur modo decolor auro:
Iidem mansuetos caeperunt principe mores
Erudiente suo. Tu ne os ingrate superbum
Contra Fernandi titulos? Tu ne arma rebellis
Insultus? sola captus feritate parasti?
Nūc iace: & exemplo māsuēscer cōcipe tandē:
Portucallaico miseris terroribus acto.

Robore nanq; manus: animisq; ingentibus alter
Pelides: Fernandus Rex: & Homericus alter
Consilio Nestor: facundae flumine linguae
Non Laertiadae cedit: non cedit Atridae
Maiori: formae gestu: uultusq; decoro.
Epirota suo metatus classica nutu
Segnius Aeacides: nō cautius Hānibal halas
Contulit: euertit non fortius oppida Caesar:

Or Fernando

Aut acies duxit melius terra ue mari ue
Scipio militiae documentū nobile priscae:
Quiq; Numantinae ceruices cunctudit urbis:
Quiq; hostilē ī agg; Carthaginis omina uetit.
Gloria Pellaei quondam fuit inclyta Regis:
Cum laudes longe patris impleuisse Philippi
Atq; supergrediēs sit creditus: est tamen inter
Praeclaros genitor Reges: armisque togaq;
Atq; duces stabili rerum splendore suarum.
Nec minus a magno genitus Fernāde parēte:
(Mitto alios longo deductos ordine Reges
Egregios abauos atauosque) Tui ipse decorus
Laude patris merito magnos aīaris ad ausus.
Hoc Perennani feruens contentio belli:
Et Pirenaeis testantur montibus acta
Aīma: quibus comitē patris a Puerilib⁹ annis
Te dederas: cordi tam Martius insidet ardor.
Nec tu praeteritus Musis reticere nostris
Alphonse: Italici tandem certamine sceptri
Atque Neapoleos possessor diuitis orae
Tam longo q̄ legitimo: Tu belliger: atq;
Prudens: & merito Fernandi patruus alti:
Alteriusq; pater cognominis: haud leue cuius
Nomen Aragonios animi uirtutibus ornat.
Spargite Pierides pia lilia Mausoleo
Alphonfi magni: summo complexus amore:
b.iii.

Alphonse

Dum uixit:uariis intendit uestra corollis
Templa:nec argēto parcēs nec pallidus auro.
Te quoq; Calliope nunc inuitante canamus
Pulcher Ioannes:cuius mortalia cor da
Igne pio.candent totis flagrantia terris.
Magnanimū uenerāde puer:nō parua parētū
Gloria:qs memorare tuae queat indolis altā
Spēs:quis uirtutū specimen:qs munera mētis
Aetheriae:nemo populorum narret amores.
Orbis deliciū totius:magna uoluptas
Helisabes matris: gener optatissime Regum.
Tu pietas:tu prisca fides:tu dextera bello
Horrida:adorabūt fortes tua nomina Turcae.
Victorem Bizans:Constantinusq; uidebit.
Nam Sarrhacenos genitor tibi praeripit:usq;
Ignotos Nili fontes:Arabasq; colonos
Assyriae Solymis dominantes urbibus: oēm
Aegyptū & Lybien ad pristina sacra reuoluēs.
Tu tamen interea exemplis adolefce paternis:
Iam iuuenis:mores & uultus profer auitos.
Perge:deus facili spondet sua munera dextra:
Dandoniosq; annos:Pompeianosq; Triūphos:
Pacem Octaui in regnis:Coeciliiq; Metelli
Egregio sobolem fato:Lydunq; Metalla.
Haec uero externis in bellis munera sume
Condecoranda:tuis fortuna praepete rebus:

Magne puer: faciles mores: uerunq; laborem
 In primis specta: & uirtutem imitare parentū.
 Quales ille uiros: & quot fortissima bello
 Pectora: quotq; duces Maurorū deiicit Orco
 Quis uel q̄ clypeo memor: & q̄ possit & hasta?
 Enseq; fulmineo: dum densos impetit hostis.
 Qualis ab aethereo flammis iaculat Olympo
 Iupiter in turre: deuotaq; moenia dextra
 Sulphure candenti: & coelo caua nubila frāgit
 Cōgemit hymb̄ solū: atq; atro nox icubat hau
 Immatur⁹ adhuc Bromi⁹q;: & uaplat oīs (stro
 Arbor: uterq; simul tonitru conuellitur axis.
 Hanc rabiem bello Fernandus concitat acris:
 Dant sonitum inflictu galeae: circumsonat aer
 Vi trabis iniectae ut tormēto missile plumbū.
 Occubat hic iaculo confectus: decidit alter
 Ictu mucronis: sed equo non excutit umbo
 Aeratus paucos: nunc furis curta reflexis
 Crura ostētat: amās trepidos indagine cursus:
 Nunc bellacis equi tergo uestigia fundit
 Incessu forti: totusq; infulgurat armis
 Ex Hyperioniae tremulo certamine lucis.
 Artibus his capta est: Calidarum nomen aquarū
 Libs Alahama prius: mox ardua Marte scōo
 Carthama: cū geminis parit̄ suscepta Cuniclis:
 Atq; Orcetanis in collibus Halora moles.

Alabama

*Carthama
Halora.*

Quaeq; magis Sethnil Phoebos uicina cadēti.
Astu mōtanae tum oppressit moenia Rhondae:
Marbellanq; simul: necnō te prelia Munda:
Quae quōdā Hæmathii repasti plena furoris.
Tum Loxā uiridem: quā Singilis alluit unda
Singilis infidas saturantis messibus urbes
Nup: nūc populos sacrū ad Baptisma uocātis.
Inde Belesmalacham ueteri quae proxima luco
Ditia Sanguineo tinguit Bombycina. Cocco.
Tunc Malacham obsidio uincit: terraq; mariq;
Nā Rex: Castellae princeps: Mauortius ardor
Litoribus iugi contexerat aequora classe:
Ante uidēs qd posset agi: magno obiice: ponti
Late Maenobii prospectū obstruxerat: unde
Nulla fuga: aut miseris occasio certa pateret.
Vtq; olim Cæsar proprium tutatus honorem:
Bandusii inuitum diuersae partis in arce
Ductorem primo tenuit: pavidunq; moratur:
Rector Aragonius sic hostem terret: habetq;
Obsessum: & cogit spem deditioe capestat.
Et nihil inuenti nō parui profuit aequor
Albatoza secans: ripis compacta Saduccae.
Nam turpi prostrata fame: captiua ducenta
Corpora in Italiam misit donanda Latino.
Pōtifici & Regi: quæ nos quoq; uidimus ipsi.
Post haec Abderā quae nūc Bera fert ab alta

Democriti patria dictam: post multa recaepit
 Praelia: mox prisca q̄ magna ē Carthalo fama:
 Nūc breuis: irrigua cessit consorte Prugenna:
 Tum Bastos: & Pomiferis loca consita lucis:
 Obsidio sed longa domat: dum ignobile uinci
 Rex noster credit: dū hybernis mensib' instat.
Qualis apri quondam Calydoni facta fuisse
 Fertur in Etolo celebris uenatio saltu:
 Retia pars tēdūt: adimūt pars cruda Molossis
 Vincula: disponunt alii tenabula contra:
 Hiq; locos circum uallis scurantur: & ima:
 Ac molles quatiunt uluas: Carectaq; coeno
 Immersa: ut uacuo tandē stet Bellua campo.
Id toto Oenides rerum molimine torquet:
 Saxiuomiq; tonant Ballistae sulphure mille
 Puluereo: totidem scalarum infertur & ordo:
 Inq; dies noctuq; dolis non Vineae defit:
 Nō Mures: lōgo nec Grus: cita machina: collo
 Atq; ita Rex ueteri deductus origine Maura
 Abdalis: hirsuto spectandus uertice: barba
 Promissa: sed corde ferox: animoq; iuuentae:
 Ex peruallatis tandem exiit Accatuuccis.
 Spe fessus: prodens sese: spectare pauescit
 Fernandū: aerato dum uerberat ariete portas.
 Inq; tuos propero tractus Almyria cursu
 Deuolat: ac litus petit: emetitur & illinc

Multa aīo uertēs: ad agros sua furta Libyffos.
Attamen infedit melior sententia menti:
Scilicet Hesperia nō linquere: uel q̄ amore
Natalis: dulcisq; soli recalesceret intus:
Vel q̄ apud Numidas nō fideret esse biligues
Cōmodius Regno exutus: q̄ mitis Iberi
Sub ditione ducis: mores expertus in hoste.
Nec mora: legatos mittit: paci q; studendum
Admonet ante suos: & casus edocet & omnis
Progredit̄ moesta proceꝝ glomerāte caterua:
Cloementenq; petit recta Rex daeniq; Regeꝝ
Sod nō sorte pari: quē cū prope credidit esse:
Descendit celeri quem infederat ante Veredo
Ante alios Princeps: mox q; q; illustrior ortu.
At sub conspectum postq̄ uenere: Salutant:
Inq; uicem reddunt optatibus omina: uerbo
Quisq; suo: iussus sed mox accedere Maurus
Dux propior: leuo studuit cōmittere supplex
Ora pedi: tulit hoc minime Fernandus: at ille
Inq; genu mentum figit: terraeq; repandit
Pron^o utrāq; manū: & frontē uictoris adorat.
Hinc similem uersus Reginae praestat honorē:
Stareq; tum iussus: sic Barbarus ore profatur.
Voce tremens: oculis ad coeli numina uersis.
O Rex: cui semper subscripsit rector Olympi:
Sicania dextram: qui fulcis Gadire leuam:

Et cuius pietas est acceptissima coelo:
Parcetesq; animos uel saeuus comprobat hostis.
Rex ego qui quondam iam non Rex (altitonanti
Sic uisum: cui cuncta quidem secreta pateſcunt)
Iam tibi me dedo: sortis miserere: senectae
Atq; meae: prohibe indignas a carcere mentes:
Artusq; & comites hi libertate fruantur.
Principibus mos est non expectantibus usq;
Ad stomachum belli: turpisq; miserrima uitae:
Qui: cum fortunam sese inclinasse fatendum est:
Non obdurarint ultra: communius: illos
Erga: se gerere: id Caesar Romanus: & aegit
Id Macedo uictor Ganges: Niliq; tepentis:
Mirmomelinus & hoc seruabat Vandalus: a quo
Defertur nostrae series certissima gentis:
Vandalus a gelido ueniens hostiliter axe
Post Libyen huc se effudit: mox finibus isdem
Bellacesque Goti: Gepidarumque profecti:
Ductores: e quis uobis splendet origo.
Imperio parere meo non Accatucci
Ingentes: non Almunecar: Bombyceque diues
Almyrinus ager: non uberis Hillora glebae.
Nec quantum Pompeiana stat gentis ab urbe
Usque Veleſrubrum me persistente negabat.
Ipsa etiam sua signa meis Granata moueret
Auspiciis: cumq; hac pariter plusq; oppida mille.

Verum praefidens exemplis mitibus: in te
Spes omnes: gentisq; meae: sobolisq; locavi.
Haud erimus regno indecores: p Coelica iuro
Numina: nō gratā magis ullā in saecula gentē
Experire meis: sit fas promittere uera.
Perge itaq; inq; tuis etiam nos suscipe rebus:
Tu quoq; dextra ueni uotis Regina precātis.
Nec plura effat⁹: murmur: fremitusq; sequentē
Verba uiri: cui mox Fernandus talia reddit.
Non ego regnoz; cupidus (satis ampla guberno
Iampridem) cōtra Maomethem praelia gessi.
At me Relligio: longunq; infamia lati
Cōpulit una iugi: nec me mouet ortus utrisq;
Ut rere: ad gelidas uergens antiquitus arctos:
Et si illae gentes quondam se odere uicissim.
Sed iam Maure tibi melius sperare potestas.
Atq; etiam melius: si Sarrhacenicā linques
Sacra: tamen coelo sis qualiscunq; uidebis
Te cultu Regem: uictuq; & cū grege Mauro:
Et sobolem seruabit honos aequaliter idem.
Excipiunt plausu Hesperii: coelunq; remugit:
Vocibus: & belli tormentis: aereq; rauco.
Extemplo alterius legati Regis ab urbe
Iam Granata adsunt: delecti ciuibus omnes
Omnibus: hos festa Fernandus luce recepit
Atq; palā: populis circū aspectantibus audit:

Tum sic exorsus dictis Orator amicis.
O supreme deus (palmasque & lumina tollit
Cum uoce in coelum: mox se conuertit) amasti
Hos inquit merito: sanctū cum cōiuge Regez
Regali & sancta: pietas altissima quorum
Notior est q̄ ullo mereat Apolline dici: Cene
Quos Seres: quos Baetra canūt: quos fusca Sy
Inde tuis Rex magne ıceptis Mūdus: & astra:
Atq; procellosi famulantur in aere uenti.
Dū premis obsessos fruticosa per auia Bastos.
Tam lōgo rerū spatio: nunq̄ hymbrib' aether
Percitus: aut lenes fuderunt nubila nymbos.
Mox ubi cesserunt hostes: uictoria quando
Tota tibi: tandem suspensa serena resoluunt
Pliades: & fossis merguntur castra repletis.
Praeterea septē qbus haec sunt gesta p̄ annos
Non tabes unq̄ modico uel tempore tantis
Saeuiit in castris: cū circum cuncta teneret
Rebus iniqua lues: quid narrem laeta tonātis
Signa: & grandisonū ueracia carmina uatū?
In nos se rutilo coniunxit frigida Marti
Flamma: reuertenti quæ rara est copula coelo:
Falcifer hoc anno Veneri nō Parciter hostis:
In solis uersus sua per compendia Cyclum.
Quare Baudellis: regni quota portio uestri
Nūc: oliz dominus: uobis sua scepra resignat.

c.i.

Et iussis parere piis profitetur in omne
Se tempus: stirpenq; suam: pubenq; suorum
Cōmendat: uestrisq; refert hos laudibus: uti
Se famulo tantum ne dedignaminor orat.
Haec Malachitanus: tenuere silentia cuncti:
Intenti: princeps tum Carpetanus ad illos.
Vadite Legati: & Mauro mea dicta referte:
Me positi memorem post Luceneia pacti
Praelia: nō alium: q̄ tunc inuentus: habebit.
Interea nostris cedat munimina: uosq;
Ducite eos: mediis statuatur Crux Eliberris.
Hoc dicto: solis se tollunt protinus altis
Heroes: Laetusq; ferit sola plausus Olympi
Et: connexa crepant icti Bombitibus aeris.
Quis strepitus: q̄tras populor; cernimus undas?
Nō tumidus cōtra uafra tulit Hellada Xerxes
Tot gentes: nunquid Centeno conspicor anno
Quot peregrinorū Romae delubra reuisunt.
Cum Dacus ruit in Latiū: cū Dalmata: cunq;
Gētib⁹ Hesperis Cyprusq; Rhodosq; Cylissæ.
Hos Legio Regum tumulos Germanica mittit
Ostentās: templi Tolletum diuitis illos:
Nobilis & campo multos Pallantia: quondam
Regia Geryonae: Sapiēs Salmatica: Burgos
Mercibus & quaestu scatēs: Vberq; Samona:
Emporium populis campo Medyna uocatis:

Et laticum ductu dirimente Secouia ualles
 Illustris geminas: operis monumenta latini.
 Asturica armentis uber: grege nomen Ouetum
 Deductum: sterili Serguntia in hospita terra.
 Vallis & a Mauro qđ principe nomen Olithæ
 Seruat ubi perhibent campestria rura tenentē
 Acquora Chrusaurū mille inuertisse iuencis.
 Alta Albula: & molli quæ ueller Cōcha supbit:
 Tum Carthago potēs libyco fundata Tyrāno.
 Atq; fide notis Calaguris amata colonis.
 Ex his Mendozae pollentes sanguine terris:
 Clara domus: rhoseoq; etiam signata Galero.
 Ex his Cerdarum gens antiquissima: clari
 Guthsmanni: cūq; his Manrhici: gloria gentis
 Arctoae: cūq; his praestās quoq; Stunega ples:
 Stemma q; Tyrihena deductū stirpe Valasci:
 Cūq; aliis fortes pariter uenere Leones.
 Ingentiq; fide rutilans Oforius: atq;
 Gēs de Tolleto cui sumptū est nobile nomen:
 Cum Poementeliis: & amoeni Cardanes assūt:
 Et Patiacqui: olim quoq; gens Iunia dicta est:
 Caesaris a magni genus haud ignobile bello.
 Et quae differtur late appellatio gentis
 Caruaial: ad magnas regum res nata gerēdas:
 Urbibus e latis Castellae diuitis: altos
 Per saltus: Oretaniq; per aspera montis:

c.ii.

In Granatensem properantes ociter oram.
 Iam Tyriae Gades: iam prisca nominis Hispal:
 Iulia Pax Cereale solum: atq; Placentia messe
 Fertilis: Aonidū genitrix & Corduba uatum:
 Huc. ciues misere suos Argiuq; Tude:
 Huc. & Apostolico pia Compostella sepulcro.
 Parte alia nec tu celebris mordace poeta
 Bilbilis: aut cessas Sertori Gymnade clara
 Osca ducis: neq; tu toleras quae frigus Iaccha
 Dicta Corymbiferi forsan de nomine Bacchi:
 Sed nunc Maenaliis ualles cessere magistris
 Et Tyrosom Cano nimiū quoq; pxima mōti:
 Et quae nomen habens Augusti Caesaris alto
 Flumine perfundit se: ex qua tibi tollis Arago
 Sceptra: neq; undisono pariter Dertossa fluēti
 Obuia: Scipiadunq; opus imortale duorum
 Tarraco: Brisacī non aspernanda liquoris
 Munerē: Sidonio nec Hamilcare cōdita: diues:
 Inclyta: Barcino: splendens grauitate Senatus
 Plus aliquanto aliis: liceat mihi uera referre.
 Sed nec Ilerda uet⁹: fluuiis nec sparsa Gerūda
 Irrigui nec agri Secobrica: Claraq; tela
 Setabis: & claro Generosa Valentia ciue.
 Hinc Mazae ueniunt: astri armipotentis alūni:
 Et Scintillarum domus: & Castrī: Ixar: Alago:
 Gurrhææ: Vrrhææq; manus: Cornelia Romæ

Antiquae soboles:hinc Lunae:& Borgi⁹ ardor
Mauortis magni decus.& Cardona iuuentus.
Atq; Catenorum pubes:celebresq; Geuari
Cantabriae pperant ex montibus:alta ppageo.
Eniferiq; etiam uaria regione Magistri
Militiae sacrae nitor.innumerandaq; turba
Multorum:tot enim pœna esset nomina ferre.
Huc & Vlyspo suos:nemorosaq; Bracara mittit
Portucallaicos:Lusitanosq; potentes
Nec Nauarrha qdē hæc ad gaudia Pópelo læta ē
Festinat Vasco:diuisus & orbe Britannus:
Balbus & Orcadio contendit remige Scotus.
Huc Fortunatae: Capreisq; Canaria rupes
Foecūda:huc Ebusus:necnō Maiorq; Minorq;
Dulce solum:& funda Baleari in praelia notū.
Accelerāt Sicli Sardiq; duces:Melitāq; colētes
Et Nomadū Libyae retinentē uerba Cosurā.
Ex Gallis:Italisk; etiam uel plurima turba
Ad Granatensem pariter uenere Triumphū.
Et celebres facere dies: quibus ordine longo:
Cerneris in mediis uictor Fernande Eliberis.
Interea multo Regina Antistite cincta
Pulchra animo:uultuq; etiā formosa uenusto
Helisabe: per Mendozam:cui uertice summo
Fulget apex Tyrius:Christo uictore fugabit
Daemonas instituetq; piis delubra colonis.

c.iii.

Pro Maomethe coli ritus & sacra docebit
Nostra: dabunt hosti moerētes terga Satanes.
Hic ego q̄ cuperem (fieri si posset) adesse:
Quas cātor uoces? quae carmina? qualia ferrē
Fernando in populos coram praeconia Regi.
Nō me Demodoc^o: nō me Lin^o: ipse nec Orphe
Sit maior: cantu potuit qui saxa ciere:
Et manes mouisse Herebo: Ditenq; scuerum.
En Aurora sui graditur per cornua Tauri:
Vere nouo: Violas referens: & frondibus Irin
Lutheolam uersis: & uertice Lilia flauo
Phoebi concutiens radiis inserta tepentis.
Tempora quae ludis aptissima: pergite magni
Ergo duces: siqdē Quadix tolerata tot annos:
Cocytiq; tenent Maomethides ima Phalāges.
Vidit & expauit Fernandi signa Saducca:
Et trepidus frontem imersit fluuiolib⁹ undis:
Atque pudens tenuit tacitis obliquia ripis.
Cernitis en quae Roma paret: Laetantia late
Moenia: Pontificū sedem: fora: templa: uiarum
Strata: domos pictas grauiū spectate Quiritū:
Quasq; habitat flamē: quēcūq; umbella tuet:
A coelo spadix: furui: prasiniq; coloris:
Omnes ostentant hilari pia Gaudia plausu.
Lemnius at genitor conscendit tecta: sed idem
Dispositus totam flammis undantibus urbem

Collustrat: facibus iactis diffinditur aer
Hac illac: caelo ueluti si prona ferantur
In terras nitido labentia sidera mundo.
Dissultant plateae strepitu: Circusq; reclamatione
Flaminius: toto dum lecti de grege tauri
Hos illosq; petūt cornu: dūq; agmina trudūt.
Tum uero Hesperii iuuenes: quos siue Pisorga
Huc uitreus misit: Duriusq; Tagusq; p orbem
Auriferis quorum nomen differtur arenis.
Seu sint Baeticolac: seu magni uulgus Iberis:
Aetherias laeti rumpunt clamoribus auras.
Nec summo differt grates & dona Tonanti
Pontificū decus haud paruū splendorq; pioꝝ:
Nā de more patrū meritos instaurat honores
Templis: & supra scandunt pia Iubila nubes.
An referam? q̄tos campana Neapolis omni
Parte sui ludos agitet. Sebetris in altum
Extulit unda caput strepitum mirata suorū.
Interea lustrant oculis ingentia magnae
Tecta urbis tumac Centū: totidēq; cohortes:
Porticibus ueneranda suis Alpheria multos
Accipit: hos retinēt pōtes: hos Singilis agger:
Hos testudineo bisseptem fornice portae
Oblectant: operis Maurusi ditia donis
Tēpla alios: alios uastae mouet ambit⁹ urbis:
Quem forti prouectus equo: uix mane rubēti

Incipiens iter: in spatio gradiare diurno.
Nanq; est Europae populosior omnibus una
Vrbibus: a Tanai Calpen intra æquor utrūq;.
Exhilarant se omnes: sed multo maxima lætus
Gaudia grex agitat: qui uinclis fata trahebat:
Pro facinus: fuerant hi plusq; Millia Centum.
Præ desiderio furiarum ex fauce redempti
Vix se donatos iam libertate putabunt.
At reliqui uariis abeuntia tempora ludis:
Et festas peragunt placido certamine luces,
Protentis currunt alii perneciter hastis:
Alter in alterius confligens uulnera pectus:
Et caput: it coelo uiolentos fracta sub ictus
Multa abies: colloq; sui per sæpe recumbit
Concertator equi: aut crebro resupinus adorat
Astra: aut excussus campo uiridante refedit.
Tum qui deiecit: ferit altū uertice, Olympū:
Coelicolisq; parem reddit sua gloria magnis.
Inq; alio pubes campo: florente iuuenta
Delecti: gemmis fuluo remicantibus auro:
Diuitias ueteres ostentant: nanq; trahuntur
Bis tyrio concreta Ostro: uelamina miris
Picta modis: quis seq; artusq; intexit equorū
Omnis turma: humeris colloq; monilia pēdet
Baccata: & nexi tortos Spintheres in orbes.
Surarum tenus: at graciles Sandalia talos

Desup iccludūt Scythicis cōpacta Smaragdis.
Et leuam munit uaria distincta figura
Cetra: rigēs crudo quā praeſtat Zebrea tergo.
Zebrea cui tantū patria est Hispanica tellus:
Paulum diſſimilis Sardo quæ fertur Onagro
Cristarꝫ an quiſqꝫ memoret cōmenta: quis alta
Argumēta uirū: quos uirtus: quos amor urit.
Rafilis his longe: atqꝫ uirens iactatur arundo:
Ex interuallo poſitis ad praelia caſtris.
Nunc hos nunc illos feriūt: pariterqꝫ laceſſunt
In Circo reſides: hic curſus atqꝫ reſuſus
Effundunt uarios: Iuncti ſinuantur in orbem
Et quandoqꝫ ſuas acies aduerſa recidunt.
Credo equidem tales olim Romana dediffe
Mauortis ludos iuuenum ſpectacula campo:
Tempore quo mūdi ſub pacem mole redacta
Oſtendit ſeros Auguſti pompa Triumphos.
Ambobuſqꝫ reor tūc Luſam puluere Troiam
Ordinibus: ſparſo Violis: Cylicunqꝫ uapore:
Atqꝫ rhoſa & fuluo Creſſa de puppe Lyæo.
Tres equitum pubis turmae: terniqꝫ Senatus
Ductores ſobolis: Centeni quenqꝫ ſequiti:
Omnibus e ritu myrtho coma nexilis halat.
Pars hūero pharetras: pars duræ ſpicula corn⁹
Bina manu geſtat: torques ſunt omnib⁹ aurei.
Tum uarios edunt pugnae ſimulacra iocoſae

Occursus: infesti nunc: nunc pacis amici.
Non tot Maeander flexus: tot idemq; reflexus:
Torquet in explicitis pfugus per deuia ripis:
Niliaca fallax neq; tam Labyrinthus in ora
Parietibus textit coecis decliua fraudum:
Ancipitesq; uias: uafris quot ludicra gyris
Praebet arundineo pubes Fernandia telo.
Praeterea choreas quis narret: quis ue Tonanti
Cantatas laudes: quis palmas dicat honestis
Cornipedum certaminibus: Pugilūq; relatas:
Tuq; adeo niueis dignus Fernande uideri
Coelus equis: curruq; alte sublimis eburnos:
Laurea cui cingat geminato tempora Serto:
Et cui delecti superum degente ministri
Frena regant: dignus radiis: astriq; nitore:
I. felix: serosq; feras tam laeta sub annos
Auspicia. Ipsa qdē laeto uocat Aphrica uultu:
Et tot Barbaricis subiecta fuisse tyrannis
Saecula iam pridem lacrimis defleuit obortis.
Nunc oculos ad te laetos: & blandula uertit
Oscula: nunc primū audet spē pmittere rebus
Fessa suis. Transi nostros Libycūq; p aequor
Classem impelle tuā in Mauros: tibi ligna tuorū
Agnosces: magnae Icossi: Tunereq; magno.
Daeniq; sit memori semper tibi pectore fixum:
O. nine te laeto natum. Num lumina Phœbi

Prima tibi ingessit magno SOS noīe terra?
Seruabis natos: seruabis & inde orituros:
Gentib' inumeris: Solymos usq; alta p Aphri
Regna soli: perq; Aegyptū: Phoeniciaq; arua:
Atq; Arabas: tepidi penetrabis ad ultia Gāges.
Hos omnis populos ad Christi signa reduces.
Nam tibi cum mentem rerū demitteret auctor:
Huius ait totum uictricia bella sub axem:
In Notias partes: Indos: Maurosq; piabunt
Et ueros referent cultus: cōmendet habenas
Tū senior nato: Superos habiturus honores.

Carmen Pompilii de Triumpho Granatensi fi-
nit. Ex Sod. literatoꝝ in Quirinali Romae. kl.
April. M . XD . Impressit Eucharius Sil-
ber alias Franck.

Rhasulla cognomen est Maomethis. Albatoza
nauigium quoddā nouum. Alpheria platea Gra-
natae ut Flora Romae.

In uersu. x. prretulit pro praetulit. In. xxxvi. cun-
cta pro cincta. In. lxvii. regnum pro regum. In
cccx. cuntudit pro contudit. In. ccccxliv. sod pro
sed.

656/37

(600)

Ayuntamiento de Madrid

IL. POLIFILO
VIA BORGONICOVA 3
MILANO



12